

gutem Wissen und Willen durch den obgenannten unseren fruntlichen lieben Vettern und Swager von Hessen zeüschén uns und den unsern verteidigt ist, dem auch in allen Puncten und Artickelen so uffrichtiglich sunder alle Wegerunge nochkomen und halten sullen und wullen; und haben des zcu Urkunde unser yeder sin Ingesiegel bie des obgenannten unsers lieben Vettern und Swogers Siegel auch an diese Scheitsbrievé mit rechtem Wissen thun henken. Datum uff Mitwochen sant Michels des heiligen Erzengels Tage Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Beilage 66.

Urkunde der Pröbstin zu Essen über den Umtausch zweier Personen, wovon die eine in den Oberhof Rünning eigenhörig, die andere auf die Pröbstei wachszinsig war, mit Aufzählung der Verbindlichkeiten der Wachszinsigen; vom J. 1321.

Ex Originali.

Omnibus auditoris presentem litteram et visuris Lutgardis dei gratia preposita secularis ecclesie assendensis salutem et rei geste cognoscere veritatem. Notum facimus et tenore presentium recognoscimus publice litterarum, *cum Hilla*, filia quondam Gohelini de Wattenscede, *ratione nostre curtis in Nunninch nobis seu nostre prepositure jure servitutis, et Alheydis, filia Wendele de Borchtorpe officio nostre prepositure jure cerocensuali pertinuisent*, nos communicato super hoc consilio nostrorum hominum dictam Alheydim absolvimus a jure cerocensuali tradentes ipsam dictæ curtis nostre in Nunninch *jure mancipii seu servitutis* pertinentendam, recipientes viceversa prefatam Hillam per nos manumissam a jure proprietatis, quo astricta nobis tenebatur, perpetualiter pertinentendam *jure cerocensuali* nobis ac nostre prepositure juxta conditionem ac consuetudinem omnimodam nostri cerocensus, ita videlicet, quod ipsa Hilla, quamdiu vixerit, dabit annis singulis nobis seu . . . preposite cuicumque pro tempore assidensi *nomine cerocensus* in festo nostrorum patronorum Cosme et Damiani duos denarios bonos et legales; *pro licentia vero nubendi, si suo pari nupserit, dabit nobis duodecim denarios legales et persolvét; sin autem, procurabit hujusmodi licentiam de nostra gratia et favore: ratione vero sui obitus seu decessus, dabitur et presentabitur nobis suum melius indumentum.* In cujus rei protestationem et testimonium evidens dedimus dictæ Hildegundi hanc litteram nostri sigilli munimine appposito roboratam. Testes etiam, qui huic commutationi interfuerant, sunt Conradus de Lethene, Bertoldus de

Vriledorpe, Theodoricus filius Conradi, Conradus dictus Linderman et quamplures alii providi et discreti. Datum anno Domini millesimo CCC^o vicesimo primo, in die beatorum martirum Crispini et Crispiniani.

(L. S.)

Sigillum decidit.

Beilage 67.

Verordnung der Aebtissin und Fürstin zu Essen, daß das vorzüglichere Pferd, der Harnisch und die sonstigen Waffen eines jeden im Stifte sesshaften Mannes zum Schutze des Landes bei der Wehre bleiben, keinesweges zum Sterbfall oder Veshaupte gezählt und genommen, noch von Jemand als ein Pfand angegriffen werden sollten; vom J. 1338.

Ex Originali.

Katerina dei gratia . . Abbatissa, Lotgardis . . preposita, Irmegardis . . Decana, Oda . . Scolastica, Agnes . . Thesauraria, totumque . . Capitulum secularis ecclesie assindensis universis auditoris presentes litteras et visuris salutem et infrascriptorum cognoscere veritatem. Noveritis quod, cum homines infra Territorium sive districtum assindensem commorantes, *jure servitutis, seu jure cerocensualitatis, aut alio jure quocumque ad nos seu ad quamlibet nostrum spectantes* ab incursibus malignorum multipliciter opprimantur, et de die in diem in personis et rebus *crudeliter et inhumaniter* affigantur, nos hujusmodi dictorum hominum compatientes, et ut dicti homines infra territorium seu districtum predictum commorantes injuriosis violentiis et injuriis violentis et maligne infestationi liberius resistere valeant, ac Tyrannorum tyrannidi securius obviare, prehabitis tractatibus solempnibus capitularibus et deliberatione diligenti, utilitate ecclesie nostre et totius territorii assindensis in hoc pensata, volumus, statuimus et ordinamus, quod quilibet virorum, qui in territorio sive in districtu assindendi habitaverit, si equum valentem quatuor marcas susatiensium denariorum et ultra, ac Thoracem et alia arma ad corpus suum apta habuerit vel habere poterit, *ille Equus et illa Arma post mortem uniuscujusque suis liberis et heredibus, nichilominus in curtibus sive mansis, domibus sive casis, in quibus defunctus ille mansionem habuerit, pro defensione territorii sive districtus assindensis remanebunt, nec nos et officiatrī nostri hujusmodi equum et arma pro hereditate aut pro herwardio seu pro Cormedo recipiemus seu recipi faciemus, quocumque nomine censeantur; nec aliquis dictum equum seu arma prefata quacumque*